



UNA VOCE VENETIA

## Domenica quarta di Quaresima

**Sequētia sancti Evāgēlii secūndum Joānnem** *Joann. 6, 1-15*

IN ILLO tēpore : Abiit Jesus trans mare Galilaeae, quod est Tiberiadis : et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quae faciebat super his, qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Jesus : et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha dies festus Judaeorum. Cum sublevasset ergo oculos Jesus, et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philipppum : Unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum : ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philipppus : Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri : Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, et duos pisces : sed haec quid sunt inter tantos? Dixit ergo Jesus : Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuērunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accēpit ergo Jesus panes : et cum grātias egisset, distribuit discumbentibus : similiter et ex piscibus quantum volēbant. Ut autem implēti sunt, dixit discipulis suis : Colligite quae superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegērunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quae superfuērunt his, qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant : Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

**Dal Vangelo secondo Giovanni** *Giov. 6, 1-15*

DOPO questo, Gesù andò al di là del mare di Galilea, cioè di Tiberiade; e lo seguiva gran folla, perché vedeva i prodigi fatti da lui sugli infermi. Salì pertanto Gesù sopra un monte ed ivi si pose a sedere con i suoi discepoli. Ed era vicina la Pasqua, la solennità dei Giudei. Or avendo Gesù alzati gli occhi e vedendo la gran turba che veniva a lui, disse a Filippo: Dove comprenderemo il pane per sfamar questa gente? Ma ciò diceva per metterlo alla prova; egli però sapeva quanto stava per fare. Gli rispose Filippo: Duecento denari di pane non bastano neanche a darne un pezzetto per uno. Gli disse uno dei suoi discepoli, Andrea, fratello di Simon Pietro: C'è qui un ragazzo che ha cinque pani d'orzo e due pesci: ma che è questo per tanta gente? Ma Gesù disse: Fateli mettere a sedere. C'era colà molta erba. Si misero pertanto a sedere in numero di cinquemila. Allora Gesù prese i pani e, rese le grazie, li distribuì alla gente seduta; e così fece pure dei pesci finché ne vollero. E saziati che furono, disse ai suoi discepoli: Raccogliete gli avanzi ché non vadano a male. Li raccolsero dunque; e riempirono dodici canestri dei pezzi che erano avanzati a coloro che avevan mangiato di quei cinque pani d'orzo. Or quegli uomini, visto il prodigio fatto da Gesù, dicevano: Questo è davvero il profeta che deve venire al mondo. Ma Gesù, accortosi che stavano per venire a rapirlo per farlo re, fuggì di nuovo solo sul monte.